



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

IX. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Lehnin das Dorf Deetz und das Patronat über die Kirche zu Deetz, i. J. 1197.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

Burchardus de nidecim, Rodolfus de wetdinge, Otto de Brandeburc et filii eius Conradus et heidenricus. Actum anno dominice incarnationis M^o. C^o. VI^o.

Aus dem Original des Geh. Staatsarchives.

Ann. Die Urkunde, welche Gercken (Cod. I, 37) für verdächtig hält, ist nach Siegel und Schrift echt, obgleich im Datum die Jahreszahl verschrieben ist. Die letztere brauchte auch nicht statt 1106 lauten zu müssen 1206, wie Gercken annimmt, da 1206 kein Otto mehr regierte. Es sollte ohne Zweifel Anno M^o. C^o. XCVI^o. geschrieben werden, wie auf der Rückseite der Urkunde auch in fast gleichzeitiger Schrift bemerkt ist.

IX. Markgraf Otto schenkt dem Kloster Lehnin das Dorf Deetz und das Patronat über die Kirche zu Deetz, i. J. 1197.

Villam Detiz cum pratis, piscationibus et cum omnibus appenditiis suis Otto Marchio Brandenburgensis dedit Anno 1197.

Privilegium Ottonis March. Brandenburgensis de collatione ecclesie in Detiz.

Altes Verz. Lehniner Urkunden. — Gercken VII, 336.

Marggraff Otto verzeignet dem Kloster Lehnin das Dorf Deetz und die Kirche daselbst Anno 1197 cum transumpto.

Neueres Verz. Lehniner Urkunden.

X. Bischof Norbert von Brandenburg überläßt dem Kloster Lehnin die Zehnthebung aus dem Dorfe Deetz und stiftet mit dieser Schenkung seinen Jahrestag bei den Mönchen, im Jahre 1198.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Norbertus, dei gracia Brandenburgensis episcopus: Licet ratione officii nostri religiosam amplexantibus vitam in suis commoditatibus pietatis viscera exhibere debeamus, potissimum tamen eorum profectibus propensiori cura inuigilare tenemur, qui nimirum felicem artioris vite normam tenentes in sancta conversatione indefessa deuotione domino famulantur. Ea propter notum esse cupimus tam futuri quam presentis eui cristi fidelibus, quod nos ob spem remunerationis eterne ecclesie beate Marie in Lenin ad sustentationem fratrum domino inibi seruientium decimam in villa Detitz, a Rudolfo pincerna nobis resignatam legitima donatione contulimus sub ea utique determinationis forma, ut cum ex huius mortalitatis erumpna forte humana migrauerimus, ipsi diem obitus nostri anniuersarium celebrantes sanctarum orationum suarum suffragio nobis dona perpetue quietis obtineant. Ut igitur hec nostra largitio futuris temporibus firma et inconuulsa permaneat, eam scripto notatam sigilli nostri impressione roborauimus et ne quis eam ullo modo cassare presumat, auctoritate dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra sub anathematis districtione inhibemus adhibitis idoneis testibus, qui hiis censentur uocabulis: Hugo prepositus Brandenburgensis, Hezelo prepositus de Lezeke, fridericus sacerdos de Jezere, Burghardus sacerdos de Nitzem, Burghardus plebanus